52, 37 ‖ Mantichora quoque nomine inter haec nascitur, triplici dentium PL.
ordine coeunte vicibus alternis, facie hominis, glaucis oculis, sanguineo
colore, corpore leonino, cauda velut scorpionis aculeo spiculata, voce
tam sibila ut imitetur modulos fistularum [tubarumque concinentum].
38 humanas carnes avidissime affectat. pedibus sic viget, saltu sic potest,
ut morari eam nec extentissima spatia possint nec obstacula latis-
sima. ‖ sunt praeterea boves unicornes [et tricornes] ‖ solidis ungulis PL. 8
nec bifissis.
39 Sed atrocissimus est monoceros, monstrum mugitu horrido, equino
40 corpore, elephanti pedibus, cauda suilla, capite cervino. cornu e
media fronte eius protenditur splendore mirifico, ad magnitudinem
pedum quattuor, ita acutum ut quicquid impetat, facile ictu eius per-
foretur. vivus non venit in hominum potestatem et interimi quidem
potest, capi non potest.
41 ‖ Aquae etiam gignunt miracula non minora. ‖ anguillas ad tri- SOL.
cenos pedes longas educat Ganges. ‖ quem Statius Sebosus inter PL.
praecipua miracula ait vermibus abundare caeruleis nomine et colore.
hi bina habent brachia longitudinis cubita non minus sena, adeo

RCNH LQG(B) SAP

v. 7 sunt — 14 capi non potest *exscripsit Dicuil* 6, 31, *compilavit adsumpto Gregorio* (*moral.* 31, 15, 29) *Isidorus* 12, 2, 12 *v.* 15 anguillas — 191, 2 profundum *exscripsit Dicuil* 6, 30; *v.* 15 anguillas — 16 Ganges *aut ex Plinio aut ex Solino Isidorus* 12, 6, 41.

1 manticora *libri praeter G* 2 ordine] uersu *SAP*[1] coeunt *Q* uicibus] ordinibus *SAP*[1] 3 ueluti *SAP* speculata *S*, spinata *H* 4 tam] tanquam *H* imitentur *LQ* tubarumque (turbarumque *G*) concinentum (-tium *Q*, concentum *P*) *II* (*LQGP*) *cum Plinio:* uocis ut si misceatur fistulae et tubae concentus, *om. I* (*RCNHSA*) 5 affectant *H*[a] saltus *S*, saltibus *H* 6 mi*rari *A* ea *R* extensissima *LBP*, extendissima *N* obsticula *RN* latissima] altissima *B solus* 7 et tricornes (tricones *Q*) *II* (*LQGP*) *cum Plinio* 8, 73, *om. I* (*RCNHSA et una cum seq.* sol. u. n. bifissis *Dicuil*) *cum Plinio* 8, 76 9 atrocissimus] *RCNLG Dic.*, atrocissimis *H*, atrocissimum *SAP* moceros *R*[a] horridu *S*, horridum *A* 10 elephantis *H* cauda suilla] claudis uillosis *Dic.* e] a *RCNH Dic.*, enim *Q* 11 eius fronte *SA* praetenditur *S* mirificum *LQG* magnitudinem] *I* (*RCNHSA Dic.*), longitudinem *II* (*LQGP*) 12 facili ictu *AP*, faciluctu *S* eius *om. SA* 13 uiuus] cuius *R*, uus (?) *H*[1], uiui *H*[2] potestate *G* et *om. C* interemi *S*, interim *G* quidem potest] q. est *S* 15 aquae] atque *RCN* minora] minuunt *G* 16 sebossus *QSAP*, ebosus *H* 18 hi bina] habina *N Dic.* cubitorum n. m. senorum *Dic.*, n. m. cubita sena *SAP:* LX cubitorum *Plinius* non] no *Q*

PL. robustis viribus, ut elephantos ad potum ventitantes mordicus con-
prehensa ipsorum manu rapiant in profundum.
PL. 9, 4 ‖ Indica maria balaenas habent ultra spatia quattuor iugerum, 52, 42
PL. 9, 8 ‖ sed et quos physeteras nuncupant, qui enormes supra molem in-
gentium columnarum ultra antemnas se navium extollunt haustosque
fistulis fluctus ita eructant, ut nimbosa adluvie plerumque deprimant
alveos navigantium.
PL. 10, 117 ‖ Sola India mittit avem psittacum colore viridem torque puniceo, 43
cuius rostri tanta duritia est, ut cum e sublimi praecipitat in saxum,
nisu se oris excipiat et quodam quasi fundamento utatur extraordi-
nariae firmitatis: caput vero tam valens, ut si quando ad discendum 44
plagis sit admonendus (nam studet ut quod homines loquatur), ferrea
PL. 10, 119 clavicula sit verberandus. ‖ dum in pullo est atque adeo intra alterum
auct. aetatis suae annum quae monstrata sunt et citius discit et retinet
tenacius: paulo senior et obliviosus est et indocilis. inter nobiles 45
et ignobiles discretionem digitorum facit numerus: qui praestant,
quinos in pedes habent digitos, ceteri ternos. lingua lata multoque
latior quam ceteris avibus: unde perficitur, ut articulata verba peni-

RCNH L[L](*incipit v.* 15 paulo)*QG(B) SAP*

v. 3 Indica — 7 navigantium *exscripsit Dicuil* 7, 25 *v.* 8 sola — 192, 1 eloquatur *compilarunt Priscianus v.* 1033. 1034 *et Isidorus* 12, 7, 24; *similia Appuleius flor.* 2, 12.

1 elephantes *Dic.* uentantes *A* mordicu *S*, mordicitus *R*, modicus *H*, mordaci *Dic.* comprehensos *SAP Dic. contra Plinium* 3 indica . . . iugerum *om. RC* ballenas *libri*, bellenas *Q Dic.* iugerum] i. in longitudine *Dic.* 4 sed et] sunt et *S* (?), sunt *H* fiseteras *LG*, fisiteras *RC*, fusiteras *H*, fusiterant *N*, fusiteres *Dic.*, fisteras *Q*, fyseteras *A*, syseteras *S*, fysetas *P* nuncupant] nominant *LQGP* supra molem] ultra modum *SA* 5 ultra] utra *N*, supra *SA* antemnes *Q* extollant *QG* 6 fistulos *S* ita] indita *Dic.* (*Dr.*) nibosa *R* adluuie] diluuie *P*[2] deprimunt] *S* 7 alueo *A* nauigium *SA* 8 auem sittacum *C*, psitt. au. *SA* uiride *C*, uiridi *H*, uidem *Q* 9 cui *G* e] se e *H*[a], *om. R*[a]*Q* praecipitatur *N*[2]*A* 10 nisi *NHQ*(?) fundamento] praesidio *SAP*[2] extra ordinem *RC* 11 tam] tantum *H* ad] a *S* 12 sit] siet *LQP* admonendus] ammonendus *G* nam] non *H* homine *Q* loquatur] loquantur *R*[a], adloquatur *LQGP* 13 clauicula *om. H* dum] nam cum *RCNH* in pullo] pullus *SAP*[2] *cum Appuleio* atqui *A* 14 monstrate *G* 15 tenacius ret. *SAP* paulo senior (segnior [*L*]) et obl. est] maior paulo (pullo *Salmasius*) segnior est et obl. *SAP;* senex captus et indocilis est et obliviosus *Appul.* 16 et ignobiles] *II* (*L*[*L*]*QGP*[1]), et plebeios *SAP*[2], *om. RCNH* 17 in pedes *om. SA* dig. hab. *G* mutaque *Q* 18 ceteris] aliis *SAP*